

COROLLARIUM.

mi modo. Quocirca nec reprehendendus Philemon qui in Scythia fossile esse tradit, nec Pytheas qui Balthici electri non satis explicatam historiam confuse docet: atque adeo nec Nicias qui Indici Electri meminit, id verò Anymū esse tecū arbitror.

EX EPISTOLA

TV A AD ME, ANTE

*biennium ferè Lugdu-
no datum.*

PAucis ab hinc diebus ex Aruernio sum reuersus, quam res nouas deprehendendi studio, iam secundo lustraui. Ex ea peregrinatione mitto tibi Pissasphaltum, Naphtham, & Bitumen: quod etiam Gergoniæ (quæ Aruernis nunc Clarus mons dicitur) in fonte quodam suburbano nascitur. Cuius fontis aqua simulatque e-